



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118510**

§. 33. Responsum Cæsaris ad Papam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

Sæcul XVI  
A.C. 1544  
vel *authoritatem tibi vendica, & disceptationes omnes Religionis ab Imperii Conventibus exclude, & ad meum rejice Tribunal: de bonis etiam Ecclesiasticis nihil statue, sed positis armis paci stude, aut si pax aliter coire non possit, controversiam omnem & bellicauſſas Concilii disceptationi submitte: postremo, quæ nimia quadam lenitudine rebellibus illis atque Romanæ Sedis aduersariis concessisti, ea rescinde, & omnino tolle: nam alioqui futurum, ut, nisi mueri meo deesse velim, maximo quidem Ecclesiæ cum detrimento seuerius agere cogar, quam vel consuetudo mea, vel natura, vel etiam voluntas fert, ut autem officium meum negligisse videri possem, non committam; nam oculis semper obuersatur illud diuinæ seueritatis in Heli Sacerdotem exemplum: adhuc quidem clementia Patris utor, verum si nihil jam proficio, alia mihi ratio ineunda: considera ergo, quid te deceat, & utrum tuum honori, tum rebus magis conducatur, an ut in recuperanda Ecclesiæ tranquillitate senectuti meæ manum præbeas ad iutricem, an ut illis saveas potius, qui nihil aliud, quam Ecclesiæ dilacerationem quærunt.*

## §. XXXIII.

*Responsum Cæsaris ad Papam.*

*Pallav. hist. Trid. lib. 5. c. 7. n. 1.*  
**D**eferebantur hæ Pontificis literæ ad Cæsarem per Davidem Oedatium Brixientem, qui Papæ erat a Cubiculis

lis, eidemque etiam responsum Hispa-Sæcul. XVI.  
no idiomate conceptum tradebatur, in A. C. 1544.  
quo Imperator hunc in modum rescri-  
psit: *Habita ratione maximi gravissimique  
momenti verborum ac rerum, quæ in memo-  
rato Diplomate continebantur, tantæque ja-  
cturæ periculi, cui auctoritas dignitasque  
Cæsarea, ac mei nominis existimatio expo-  
nebatur, repono, me ad omnia responsurum  
in tempore, opportunitate ac loco, quo tunc  
declarabo, ostendamque admodum serio, me  
nec fuisse, nec præbuisse occasionem ullam in-  
commodis, quæ contigerunt Christianæ Rei-  
publicæ; quin imo impendi semper omnem o-  
peram tam in me, quam in ceteris, ut illis  
occurrere, ac mederi possem, prout probi  
Cæsaris munus, & auctoritas, ac dignitas  
Cæsarea postulabat, pariterque ut Catholi-  
cum Principem decebat, eaque ratione, quæ  
mihi conveniret in eo, quod spectat ad san-  
ctam Sedem. Quod si unusquisque idem  
pro suo gradu, statu & conditione perfecis-  
set, haud eventura fuissent illa incommoda,  
in quibus tunc Respublica Christiana versa-  
tur: idque mihi adeo comprobatum est, ut  
culpa in eos recidat, qui id merentur, ac ve-  
ritas errorem omnem, insimulationem, &  
calumniam eximat.*